



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

17. Quomodo Dominus eiecerit è templo ementes & vendentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)



QVOMODO
CHRISTVS
TEMPLO EIECE-
RIT EMENTES ET
VENDENTES.

MEDITATIO XVII.
EVANGELIVM.

Joan. 2.

POST hoc descendit IESVS Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit in templo vendentes boues & oues, & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit, & mēsas subuertit. Et his qui colum-

C
lumbas
hinc, &
mei, do

1 D
m
2. Zel
3. Pro
domo m
4. Pr
de domo
5. Et
exerciti

C
Co
ftu
initiu
instar
sempe
sui rad
cedit
Galila
Galila
Hiero
Iam in
fectio
ni & f
bos f

lumbas vendebāt, dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

PROPHETIAE.

1. DOMVM tuam decet sanctitudo Domine. *Psal. 29.*
2. Zelus domus tua comedit me. *Psal. 68.*
3. Propheta & Sacerdos polluti sunt, & in domo mea inveni malum eorum. *Ierem. 23.*
4. Propter malitiam adinventionum eorū, de domo mea eijciam eos. *Ose. 9.*
5. Et non erit mercator in domo Domini exercituum in die illo. *Zach. vi.*

CONSIDERATIONES.

CONSIDERA, quomodo Christus Saluator noster post factum initium manifestationis suae gloriae, instar orientis solis magis magisque semper se attollat, splendoris calorisque sui radijs in totum orbem eiectis. Discedit itaque à parvulo castello Canæ Galilææ, & confert se Capharnaum Galilææ metropolim, inde ascendit Hierosolymam caput totius Iudææ. Iam incipiunt, o bone IESV, tuæ profectiones, iam pro me incipis defatigari & sudare, iam incipis gustare acerbos fructus illius crucis, cui semper *fau.*

V S
ECE-
T
VII.
L
dit IESU
am ipse
fratres
eius, &
on mul-
pè erat
Iesus
emplo
olum-
Et cum
iculis,
quoque
effudit
qui co-
lum.

sancta anima tua fuit affixa, & prolu-
sionem quandam exhibere mundo il-
lius perpetuæ & suauissimæ caritatis,
qua amabilissimum pectus tuum con-
flagrauit. Tu instar piæ matris medi-
cinam amaram sumis, vt nobis dulci
tuo lacte sanitatem afferre possis, & in-
star beneuoli Patris, ad nos filios locu-
pletandos, te torques & affligis, & de-
nique ad elargiendam nobis vitam, vl-
trò curris ad mortem. Vide, quemad-
modum Rex cali itinera sua confece-
rit, more pauperum, cum matre paupe-
re, & discipulis pauperibus, pedibus nu-
dis, pannosis, & ex elemosyna vitam
sustenantibus. Neque enim verisimile
est, eum, qui causa prædicandæ alijs pau-
peritatis & humilitatis aduenerat, quiq;
discipulis suis mandarât, vt per viam, ne-
que calceamenta, neque pecunias, neq;
aliud quidquam deferrêt, incessisse cal-
ceatum, alijsq; rebus necessarijs instru-
ctum. Vadit itaq; Capharnaum, ciuita-
tè populosam. vbi rectè Euangelista
dicit eum non multis diebus hæsisse, nã
cum ob improbitatem & duritiem gen-
tis pauper IESVS, nullum ibi reperiret,
nec hominem à quo susciperetur, vel
aleretur, nec locum, vbi pedem figere
posset, coactus est inde abire Hieroso-
lymam.

2. TVNC

Matt. 10.

2. TVNC adimpletum est verè illud, quod postea Dominus de se dixit. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidus, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinat.* *LUC. 9.* Quis explicare poterit, quanta passus sit Dominus quando velut Pastor bonus per valles & montes oberrans quærebat ouiculam perditam, vt humeris suis eam deportaret in ouile. Quot itinera pro hac re confecit? *LUC. 14.* que ieiunia sustinuit, quas peregrinationes per castella, ciuitates, prouincias? Quem vicum ita vilem inuenit, vt non honorauerit eum sua presentia? quis locus in tota Iudæa fuit, in quo iste Sol iussit, non reliquerit suæ virtutis, & beneficentiæ memoriam ac vestigia? Itaque cogita, quantam in his itineribus perpelus fuerit penuriam, quantam paupertatem, quantam famem, sitim, frigus, æstum, quot iniurias & contumelias. Hoc ergo modo Saluator per mundum peregrinabatur; quam peregrinationem admiratus Propheta dixit. *Jerem. 14.* *Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum.*

3. ECCE ergo, anima mea, speculum virtutum omnium, in quo contempleri possis, ecce medicinam effica-

cill-

ITA

& prolu-
undo il-
caritatis,
um con-
eis medi-
dis dulci-
lis, & in-
os locu-
s, & de-
tam, vl-
quem ad-
confece-
e paupe-
ibus nu-
a vitam
ris simile
hij pau-
at, quiq;
iam, ne
as, neq;
fisse cal-
instru-
ciuita-
gelista
fisse, nã
em gen-
petret,
ur, vel
a figere
erofolo-
TVNC

eissimam, pro omnibus infirmitatibus
 suis, nempe vitam & exemplum tui Sal-
 uatoris. O medicina saluatoris, quæ o-
 mnia mala curat, alta humiliat, vires
 confert debilibus, abscindit superflua
 & omnia obliqua & detorta dirigit, &
 recta efficit. Quæ superbia sanari po-
 test, nisi filij Dei humilitate? Quæ au-
 raria extirpari, si non extirpetur pau-
 pertate filij Dei? quæ ira placari, si non
 placetur mansuetudine filij Dei? quod
 cor potest ita esse ab amore alienum,
 quod tantis beneficijs non accendatur
 ad caritatem? non excitetur ad aman-
 dum eum, qui tantoperè nos amauit,
 & tot labores & dolores nostra causa
 sustinuit?

4. FESTO Paschæ appropinquante
 ascendit Iesus Hierosolymam. Ingre-
 ditur IESVS ignotus in ciuitatem ab
 ipso tantoperè amatam, totque donis
 & priuilegijs præ omnibus totius mun-
 di urbibus locupletatam & exaltatam.
 illa verò in eum semper mansit ingra-
 ta & crudelis. O Hierusalem ciuitas pæ-
 cis, si habuisses oculos ad videndum, si
 cognouisses diem visitationis tuæ, &
 quis tuas ingressus fuerit portas. Erat
 enim Rex tuus & Deus tuus, à Prophe-
 tis tuis & antiquis Patribus tam vehe-

Luc. 19.

mca.

menter desideratus & expectatus, qui
 tunc de cælo venerat, vt afferret tibi ve-
 ram pacem & salutem, vincula serui-
 tutis tuæ exolueret, & antiquæ gloriæ
 tuæ vestimentis indueret. Quanta læti-
 tia & gaudio ei obuiam iuisses? quanto
 honore, & triumpho eum recepisses?
 Verum hæc omnia tunc oculis tuis e-
 rant abscondita. Ingressus itaque IESVS
 in urbem ante omnia confert se in Té-
 plum, quia in omnibus actionibus suis
 semper primo quærebat honorem &
 gloriam Patris. Cum verò offenderet
 sacram illam Domum, solis sacrificijs
 & orationibus dedicatam, refertam a-
 nimalibus, & negotiatoribus, in ea ne-
 gotiationes profanas exercentibus, co-
 gita quàm diuinis eius oculis grauis,
 quàm sacro pectore molesta fuerit in-
 iuria illa & contumelia Patri suo hac
 profanatione illata, & quidem ab illis,
 à quibus maximè eum coli putabat, &
 in eo loco, vbi summa religio & reue-
 rentia ei debebatur. Quam ob rem mi-
 rum non fuit, quod iusta indignatio-
 ne, zeloq; paterni honoris vindicandi
 accensus, confecto è funiculis flagello
 totâ illâ sacrilegam turbâ templo exe-
 gerit. Illud verò magna admiratione
 & stupore dignum est, eum, qui dixit.

M Dis.

Matt. 12. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*
& de quo eius præcursor Ioannes dixit

Ioan. 1. *rat. Ecce agnus Dei. nunc videre tanta se-*
ueritate flagris in homines sequentem.
Quis enim vnquam vidit agnum, perle-

Apoc. 5. *Aduersus proteruos & in peccatis obli-*
natos, erat Leo, vt eos castigaret & eret-
nis supplicijs addiceret: In peccatores
verò pænitentiam agentes, qui inflat
huius turbæ ad flagellorum ictus demit-
tunt caput, & eius mandatis parent, est
agnus māsuetissimus. Age anima mea,
si æquè amas tuum IESVM, ille amat
suum Patrem, compatere quoque illi,
quem vides totum sancto zelo consumi,
& plenum esse dolore cōpassionis.
Consumatur quoq; cor zelo vindican-
di honoris & gloriæ ipsius. & post quã
te ipse feceris templum viuum suæ di-
uinæ Maiestatis, conserues illud mun-
dum, nec ampliùs belluinis carnalium
affectuũ motibus, otiosis & fœdis men-
tis cogitationibus atque illicitis cordis
desiderijs profanes.

5. **CONSIDERA** huius facti magni-
tudinem. Nam etsi admiranda impri-
mis fuerit Saluatoris potētia, quam in
qua-

quariduo Lazaro excitando, in cæci
nati visu restituendo, in trāsfiguratione
sua demonstrauit, tamen videtur
maiori stupore dignum, vnum homi-
nem solum, illo tempore, (quo ita erat
contemptus & abiectus, vt postea eum
tanquam malefactorem in crucem e-
gerint, & aduersarios habuerit omnes
Sacerdotes, Scribas & Phariseos, dum
videret totam suam expectationem &
quæstum ab eo eripi) potuerit vnus fla-
gelli vilis terrore & ictibus, tãtam mul-
titudinem in fugam conijcere, diffri-
ngere cathedras, mensas cuertere, æs nu-
mulariorum effundere, alia agere, ad
quæ multi homines vix suffecerint. Vn-
de probabile est, Dominum id tempo-
ris, speciem vultus illis præbuisse solito
terribiliorem, ignitis radijs ex eius ocu-
lis emicantibus, vt non solum non ausi
fuerint ei respondere aut resistere, sed
ne quidem conspectum eius ferre po-
tuerint.

6. CONSIDERA ex alia parte cle-
mentiam & suauitatē Saluatoris. Quis
enim credisset filium Dei, cū oculis ita
inflammatis, aspectuq; tam terribili pu-
gnaret pro honore Patris, non subito
ignes euocaturum de cælo, aut hiatu
terræ absorpturum omnes illos sacri-
legas,

legas, vel ad minimum seuerissimis minis, ac rive reprehensione pudefacturū fuisse? at nihil horum mansuetus IESVS egit; tantum benignè admonuit, remouerent isti hinc omnia, & non ex domo Patris sui facerent domum negotiationis. Correctio profecto paterna, verba veritatis iuxta & benignitatis plena. Sed quod flagellū fuit illud, bene IESV, quo magnam iram tuam excruisti, & turbam illā sceleratam castigasti? an fortè eos cædebas scorpionibus, aut virgis ferreis, quibus tyranni postea diuerberarunt & occiderūt sanctos martyres? an verò sanguinolentis & crudelibus flagellis, quibus tu agnus innocentissimus ab ipsis Iudæis cæsus es & dilaceratus? Non certè, sed contētus fuisti leui flagello è funiculis contexto, quod terrori magis esset quàm dolori, quod bene notauit Euangelista, dum non flagellum, sed quasi flagellū appellat. O quàm verè amas nos Domine dulcissime, & quàm bene per Prophetam, dum alloquerere Patrem, zeloque domus eius assereres te comedi, subiunxisti. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderūt super me. Et rectè nos enim nostris iniquis operibus inhonorauimus Patrem, opprobria verò & vituper-*

Psal. 68.

Rom. 15.

ria

ria in te reciderunt: tu quidem declaras te seuerum erga nos, & flagellis minaris nobis, sed verbera, ictusq; omnes in tuos humeros recidunt.

7. CONSIDERA denique, si Dominus tam grauius tulit, videre in Tēplo suo animalia innoxia, hominesq; cientes & vendētes ea, quæ cultui diuino erant dedicata, & iam iam erant in ipso templo Deo offerenda; quid faciat, vel facturus est, si ipse præsens existens in sacris templis Ministros suos diuino cultui speciatim consecratos ore quidem videat Deum laudare, sed corde & mente longe abesse? & si videat alios ad Ecclesiā ventitantes, non orandi causa, sed potius animas perdendi, habētes oculos impudicitia plenos, & corda indomitis cupiditatibus æstuantia, otiosos, vanos, superbos, nugatores, alienæ famę detractores, & denique homines sine religione & deuotione; qui omnes quid aliud sunt quàm animalium vngulæ, & diaboli negotiatores, ac templi Dei profanatores? Sed heu si tales in præsentia Deus tolerat, & non castigat, nec templo suo exigit; verendum est, ne eos reseruet in supplicium multo grauius, quando in extremo die iudicij cū perpetua igno-

M 3

minia

Matt. 25.

minia à Dei conspectu auulsi audient
terribilia illa verba. *Discedite maledicti
in ignem æternum, qui præparatus est diabolo
& angelis eius.*

COLLOQVIUM.

ORabis CHRISTVM Dominum,
quoniam ipsi, licet totius orbis Do-
mino, qui neq; nobis neq; reb. nostris
eget, placuit habitare, templumq; suum
constituere in nobis, animam tuam ex-
purgare dignetur, & ab ea, quicquid o-
culos suos offendere possit, eijcere, vt
ab omnibus sordibus & maculis men-
tis ac corporis immunis, sis templum
mundum, & gratum suæ diuinæ Maie-
stati, in quo ille, cuius delitiæ sunt esse
cum filiis hominum, delectetur habita-
re in æternum.

Pro. 8.

DOCUMENTA.

1. **I**ngressus est IESVS templum. Deus spi-
ritualiter quotidie ingreditur Ecclesiam,
& considerat, vt quisq; se gerat, & conuerse-
tur in illa; & ideo caueamus ne inueniat nos
deditos iocis & nugis, vel inuolutos odijs, cu-
piditatibus & actionibus illicitis: ne ex impro-
uiso deprehensi ab eo flagellis à domo sua ex-
terminemur.

Prou. 5.

2. Christus fecit flagellum ex funiculis, Fu-
niculi designant peccata, quibus homo quasi
funibus constringitur & ligatur: vt intelliga-
mus

mus Dominum ex ipsis peccatis nostris sumere castigandi materiam. eo quod peccator, dum perseverando in malo, adiungit peccata peccatis, non aliud, quam multiplices funiculos, è quibus conficiatur flagellum, quo à Domino posse à castigetur.

3. Per oves à Christo è templo eiectas significatur, qui specie pietatis vel sanctitatis student alios decipere, vel hominum laudes aucupantur.

4. Boves, quæ sunt animalia laboriosa, & seruiunt ad colendam terram, designant Predicatores. quos tunc Christus expellit è templo suo, quando nõ ex amore Dei & zelo animarum, sed ob questum, aliq; commoda temporalia celestem doctrinam annunciant.

5. Columbas vendunt, & arguntur à Christo illi, qui receptam Spiritus sancti gratiam non gratis, uti deberent, sed pro mercede, & pecunijs communicant alijs: atq; etiam non secundum hominum merita, sed secundum fauorem & gratiam humanam.

6. Illi mutuo dant pecunias cum usura in Ecclesia, qui Deo non integrè seruiunt, sed simul aliqua ex parte mundo & rebus terrenis: & qui non purè in suis rebus querunt Christum etiq; gloriam, verum etiam proprium suum commodum & honorem.

7. Christus malos negotiatores è templo eiecit non verbis solùm, sed etiã factis, ad informan-

dos Prælatos & omnes Ecclesie Rectores, quàm rationem in corrigendis subditis tenere debeant, nempe, vt quando paternæ admonitionis suauitas ad eos emendandos non sufficiat, adhibeatur animaduersionis seueritas.

Psal. 68. 8. Zelus domus tuæ comedit me, inquit

Propheta in persona Christi. Si ergo actiones Christi, sunt nostra instructio, meritò debet quilibet Christianus eundem zelum habere erga proximos, qui sunt domus Dei. Vnde cum videmus fratrem nostrum currere ad vanos ludos, ad congressus lasciuos, aliaq; proximorum offendicula, similiter cum audimus blasphemantem, murmurantem, conuitijs alios lacessentem, debemus eum admonere abstergere, reprehendere, & quatenus possumus, à malo reuocare. Si enim fuerimus frigidi, & nobis tantum, animæq; nostræ, neglecto proximo, attendimus; recordemur illius serui pigri, qui

Mat. 25. qui talentum suum absconderat. Is enim neq; accusatus, neque punitus fuit, quod talentum abiecisset, sed quod otiosus eo vti nolisset.

DE